

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Dan. Stalii Regulae Philosophicae explicatae & Orationes
aliquot**

Stahl, Daniel

Jenae, 1662

Regula XI. Ae qui voca non habent proprietates

urn:nbn:de:bsz:31-102400

retur: *Homo habet proprietates animalis. E homo & animal habent easdem proprietates; negarem consequentiam, & puto satis perspicui antecedens verum, consequens esse falsum.* Et si enim homo habeat proprietates animalis, quod negari non potest, non tamen eadē sunt proprietates hominis & animalis, quoniam proprietates animalis etiam insunt brutis, quibus proprietates hominis non competunt. Quod si non sunt eadē proprietates hominis & animalis, E. homo & animal non habent easdem proprietates.

VI. Quod si quis Majorem propositionem & Regulam nostram ita limitare velit: *Quae habent eadem proprietates tanquam proprietates, id est, ira, ut sint utriusque eorum proprietates, illae eandem habent essentiam,* (quō quidem modo minor falsa est, sicut ex dictis constat) non repugnabimus.

REGULA XI.

Equivoca non habent proprietates.

I. Ratio est, quia proprietates presupponunt essentiam, eamque indivisibili nexu sequuntur. Quæcunque ergo non habent essentiam, nec proprietates habent. Sed æquivoca non habent essentiam. E. nec proprietas. Minor patet ex naturâ æquivocorum, quoniam nimirum non habent unam essentiam, quemadmodum animal quoddam & sidus, ut significantur nomine leonis, unum

ellen.

essentiam non habent. E non habent essentiam: quia quod non est una essentia, non est essentia.

II. Hoc principio probant Scotistæ, ens, ut est commune Deo & creaturis, substantia & accidenti, non esse æquivocum: quia nimirum in hac communitate habet proprietates, quæ dicuntur esse unum, verum, bonum, Deoque & creaturis, substantia & accidenti competunt.

III. Dicis: Æquivoca habent essentiam, quia hæc est eorum essentia, quod eorum nomen solum commune sit, ratio vero essentia diversa, quæ essentia est una & communis omnibus æquivocis. Et confirmatur ex §. I. ubi diximus, minorem patere ex natura æquivocorum, ubi natura sumitur pro essentiâ.

IV. Resp. De æquivocis dupliciter loqui possumus: I. Quantum ad materiale, seu substrata notioni, quæ dicuntur æquivoca: qualia sunt animal quoddam, & quoddam sidus respectu nominis leo; & animal quoddam & mons quidam respectu vocis Taurus. Ethoc modo æquivoca nec essentiam habent, nec proprietates. II. Quantum ad formale, per quod aliqua dicuntur æquivoca: & hoc modo habent eandem naturam & essentiam, cœu probat argumentum §. III. Sed hæc ratione æquivoca non sunt æquivoca. Nam cum dico, animal quoddam & quoddam sidus respectu nominis leo, sunt æquivoca; & animal quoddam & mons quidam respectu nominis Tauri sunt æquivoca, & sic

Ddd 5 de

is. E homi negarem
ntecedens
im homo
gari non
tes homi-
s animalis
s hominis
edem pro-
& animal
tionem &
ua habent
tes, id est,
tes, illas
em modò
non repu-
ates.
upponunt
uuntur
, nec pro-
habent es-
t ex natu-
on habent
al quod-
onis, uni-
ellen-

de aliis; vox hæc *equivoca* non tribuitur illis &
quivocè & in diversa significatione, sed in eadem,
estque illorum, quatenus sumuntur respectu hu-
jus vocis *equivoca*, eadem ratio & essentia.

REGULA XII.

Accidentia quinti prædicabilis primò & im-
mediate competunt *individuis*, & secunda-
riò seu eorum *interventu*, *speciebus*
sive *universalibus*.

Contra.

Propria primò & immediate *speciebus* seu
universalibus, secundariò *singularibus*
seu *individuis* competunt.

I. *Accidentia* propria fluunt ab ipsa essentia
& ratio, cur alicui aliquâ proprietas conveniat,
est ipsa essentia. Quia vero essentia abstrahitur
ab ipsis singularibus & individuis, & sic abstra-
cta est universalis, ideo propria dicuntur primò
& immediate competere *universalibus* seu speci-
ebus, *individuis* autem seu *singularibus* ex conse-
quenti, seu ratione specierum. propterea nimi-
tum, quia sub *speciebus* continentur. Ut si que-
ram, cur Petrus sit γελασκός? respondeatur, quia
est homo, vel quia est animal rationale, & quia ho-
mo & animal rationale *universalia* sunt, ideo τὸ
γελασκόν primò *universalis*, nempe speciei, quia
est homo, ex consequenti vero Petro etiam & a-
liis *individuis hominis* attribuitur.

II.